UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Veneficium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

… omnis, & quæ cum canib. fit non minus ſtudioſe ab adoleſcentibus fieri debet propter vtilitatem quam affert in cognoſcendo … *Platonem, de legib. dial.* 6.

… pedeſtris ſola laudanda eſt noſtris athletis: at quæ nocte … laude digna, nec quæ laborum remiſſiones habet, quæ … laqueis, ſed quæ canibus & equis & corporibus noſtri vigore probanda eſt: Omnia enim illa ſuperant curſib. & plagis … laborib. ſua manu venantes, qui diuinæ virtutis ſtudio te… *Plat. de legib. dial.* 7.

… legislator & laudare, & vituperare debet, ad iuuenum mores & ſtudia reſpectu habitu, eamq; quæ animos iuuenum … reddit, laudet, quæ contra, vituperet, *Idem ibid.*

… multiplex eſt, nam & aquatilium & volatilium & beſtiarum … hominum, & furta, & rapinæ, latronum, & exercituum ve… *Plat. de legib. dial.* 7.

… equis & canib. & corporis viribus nemo vbicunque venari prohibeat: nocturnum vero venatorem canib. & retibus … nemo vſquam venari ſinat: aucupem in agris & … nemo prohibeat, in cultis & locis ſacris prohibeat quiſquis … *Idem ibid.*

… præclara multa leguntur in libello Xenophontis, … illud noua quadam ratione tractantis, viriſq; militaribus … (quam prolixe deſcribit) exercitium commendantis … ſophiſtas carpentis, qui in puluere Scholaſtico de rebus … ferientes, nec ſibi nec reipublicæ proſunt: imo variis … & nocent.

De Venatione & canibus. DIAL. XXXII.
Franciſc. Petrarch.
GAVD.

… canibus gaudeo. R. Nunc intelligo adoleſcentis imberbis …, de quo Flaccus. *Gaudet equis, canibusq́; & aprici gramine campi.* Vide autem ne & quod ſequitur ſis. *Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper. Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris, Sublimis, cupidus & amata relinquere pernix.* Hunc te e… …, qui gaudium tuum in fugaciſſimis rebus loces. G. … volucribus delector. R. Hoc inſaniæ deerat. Non ſatis eſt … vagari, volare etiam inſtituis. G. Rides me? non volabo … volantibus delectabor. R. At illæ delectationem tuam … abeuntes, nec te noſcent, & ingratæ ſe vocanti ſurdas ex… … implumis facies? Alata voluptas tua eſt. Finge te dĕăr, … occupatio, iterum clamabis, & oblitus melioris, nego… …, iterum retro accliuis & oculos fixus in nubem poſt … flebis, quaſi neceſſarii operis vita ferat, ex commodo … vos volucrum ſeruos eſſe gloriamini. Natura vobis … fecerat, vos hanc fræno, curuis hanc vnguibus occupa… … vndiq; & volandi ſtudio manci effecti, ne nihil a … multo cum ſtrepitu ante diem ſurgitis & quaſi ſint … præcipitanter erumpitis, tota dehinc luce iactamini … ac vepribus, implentes cuncta clamorib. diſſonis, & in… … Inq; hoc ſpiritum nulli maiori rei habilem effun… …, quo maiores veſtri bello terrebant hoſtes, pace iu… defendebant. Sero autem re veluti bene geſta domini ſe… … quam bene vel auis hæc volauerit vel illa digeſſerit; …, quot alarum plumæ ſuperſtites, quot emiſſæ. Nonne … ſcientia veſtra eſt? Hic amor, hæc felicitas, & hoc totum … Deo, quod altrici patriæ, quod parentibus, quod ami… …, accipitres, aut herodios veſtros ſonantes in nubibus & … paululum, & ſudorem, & puluerem, & nocturnam … hiſtoriam. In hac enim indefeſſi ſemper & validi, de… … & imbecilles ad ſeria, Liuii hiſtorias, & Ciceronis ora… …q; (nec pudet) literas prolixitatis arguitis. Quis hæc in… … audiat? Quis vos ferat ad aliud natos in his viuere, ſi … hoc agentes? G. Canibus atque auibus delector. R. At… … & illuſtrium multos equis, quoſdam canibus, delectari …, eo vſq; vt Adrianus Imperator non equis ſolum, … ſupra memoraui, ſed canibus quoque buſta conſtruxe… …; inſuper eo loci vbi vrſam proſpera venatione pereme… … ſua, ſæpe & mactare ſolitus leonem, auibus nullum fere, … ferunt à Vergilio Marcellam Auguſti nepotem, … his operam adoleſceatulus videretur. G. Venatu libenter … R. Fuit hæc quondam Latinorum, nunc Gallorum ars …, quod & res probat, & illorum ſcriptores aliqui glorian… …; vt ſileam Reges quorum tota vita venatio eſt, ſummus … regum quantum ab armis otii fuit venatu (vt vides) aſſi… … exercitus, ad extremam morti proximus venatu etiam … ſenectutis, atque incommoda refouet. Mirum dictu. … præſertim literato, nec à ſtudiis melioribus abhorrente, ſed … hoc illi erat (vt perhibent) ſitq; gentilitium, finite. Ne … gloriam Gallis Itali eripiant, neq; velint de vanitate con… Nam ſi errore depoſito in rem ipſam figis oculos, ſemi… … vltimi ordinis exercitium hoc videbitis, quos a rebus ar… … quidam, & ignauiæ omnes diffidentia, ab humilibus … pudor, ac ſuperbia dehortantur & retrahunt. Ad honeſtum igitur nihil idonei, ſiluas colunt, non vitam ſolitariam acturi, cui non minus quam politicæ ſe ineptos ſciunt, ſed feris ac canibus, & volucribus conuicturi, quod non facerent niſi illis ſimilitudine aliqua iuncti eſſent, qui ſi ex hoc voluptatem quandam, ſeu ſolam temporis fugam quærunt, virique ſtulti, voti compotes forſan euaſerint. Sin neſcio quam, ceu magnificentiæ, gloriam aucupantur, errant. Quænam quæſo non principibus modo, ſed ingenuis, eſt gloria, mechanicis immo & ſeruilibus delectari artibus, atque negotiis? Vna horum excuſatio. Nam qui liberalibus ſtudiis quæ maiores coluerunt ſui, atque omnino literis indixerunt bellum, quidnam potius quam ad hoſtilia caſtra transfugerent? Sed pudebit forſitan, ſi ad antiqua reſpiciant, ſeque cum maioribus metiantur ac comparent. Sæpe quidem lege potuerunt & Platonem philoſophantem, & Homerum poetantem, & Tullium orantem, & Cæſarem triumphantem, venantem puto non legerint.

¶ SIMILITVDO.

Plutar. Pueri ludentes, petunt ranas ſaxis, at illæ tactæ ſerio emoriuntur. Sic nos animi cauſa venamur, ſed ſerio occidimur. *In Mor.*

Veneficium. Venenum.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

VEneficium, Græce φαρμακεία, ας, ἡ, & φάρμακον, ου, τὸ, venenum, & φαρμακὸς, οῦ, ὁ, veneficus dicitur. Veneficium Hebr. *Caſchaph*, à verbo *Kiſſcheph*, faſcinauit, faſcinis vſus eſt. Cognationem habet cum *Aſchaph* Sophus, magus, & cum *Schakaph*, proſpexit, inſpexit. Hinc per metatheſin auſpex, auſpicium, auſpicor, &c. & per conuerſionem radicis βασκαίνω, faſcino. Venefici autem dicuntur, qui veneno homines extinguunt. Dicuntur etiam venefici, qui malis artibus & faſcinationibus ac poculis amatoriis vtuntur. Horum artes veneficia appellantur.

¶ BIBLICI LOCI.

Veneficia damnantur, *Gal.* 5.20. veneficii pœna, *Apocal.* 9.21. & 22.15.

¶ SENTENTIAE PHILOS.

Venenum quoddam in Achaia naſci aiunt, quod Pardalianches ab angore dictum eſt, hoc venatores victimam aſpergunt, & recedunt quum ab ipſis Panthera conſpicata fuerit, ea vero poſtquam id tetigerit, de more ſtercus hominis quærit, quocirca ſtercus Venatores in vaſe reponunt, ac ex aliqua arbore vas ſuſpendunt: fera inſiliens ibidem ad extremam defatigationem perueniens ab ipſis ſuperatur, & illorum præda efficitur. *Ariſtot. de admir. aud. num.* 6.

Venenum à Gallis toxicum dictum confici legitur, ideo adeo velocem interitum corporibus adferre aiunt vt Galli venatores, cum ceruum, aut aliquod animal ſagitta transfixerunt maxima cum feſtinatione accurrentes carnem vulnere infectam reſecent, ne reliquæ partes animalis veneno afficiantur: partim quidem cibi cauſa, partim ne animal putridum conficiatur. Alii tamen remedium toxico inueniri corticem roboris adfirmant. Alii alterum aliquod folium, quod coruacium appellant, cum illi aduertiſſent coruum venenum deguſtaſſe, languoreq; affectum ad eum magno impetu aduolare, ac illud poſtquam deuoraſſet, à dolore quieuiſſe. *Ariſt. de admir. aud. num.* 4.

Venenum Scythicum quo milites Scytharum ſagittas reſpergunt, ex vipera confici aiunt: reſeruant enim viperas, quæ iam ſobolem procrearunt, vt apertum eſt, has capiunt, ac nonnullorum dierum ſpatio liqueſcere dimittunt, ac cum putrefactæ idoneæ ſunt vniuerſum hominis ſanguinem in olla effundentes intra ſterquilinia defodiendo operiunt, ac cum ſanguis putruerit, eam partem, quæ aquæ effigiem repræſentat, virulentæ ſaniei viperæ commiſcent, & lethalem veneni ſpeciem efficiunt. *Ariſt. de admir. aud. num.* 137.

Venenoſis omnibus contraria eſt ſaliua hominis ieiuni, qui in ſera præcedenti abſtinuit à cibo. *Alb. Mag. de anim. l.* 7. *tract. cap.* 5.

Venenum aliud eſt calidum, aliud frigidum: calidum quaſi comburendo interficit, & cito quaſi aduſtum reddit locum morſus. Frigidum frigidando interficit cor, cum vaporaliter ad cor defertur. *idem ibid.*

Venenum ſubtilius citius penetrat, & necat, ſed facilius conſumitur, & medicinam recipit. *ibid.*

Venenorum duæ ſunt ſpecies, ſecundum duo principia ſuarum operationum: Vna habet principium ſuæ operationis à qualitate actiua, vel paſſiua, quæ in ipſo eſt: alia forma ſubſtantiali, & tota ſubſtantia ſuæ naturæ, & ſpeciei: Prima ſpecies quatuor modis operatur: aut corrodit putrefaciens ex acumine ca-

loris in humido, vt lepus marinus: aut inflammat calefaciens ex calore conuertente ad ſe humidum ſubtile, vt euphorbium: aut infrigidans ſtupefaciens ex frigiditate mortificatiua tollente ſenſum, vt opium: aut oppilans vias anhelitus in corpore ex groſſitudine frigidæ ſubſtantiæ ſuæ, quæ acumen accidentale habet, vt plumbum adustum: efficiens à tota ſubſtantia eſt, vt gummi, napelli, fel Leopardi, & hæc ſunt venena deteriora, quam priora. *Alb. Magn. de anim. 25. c. 1.*

Venena alia ſunt ſuper aliquod membrum operantia perniciem: quædam ſuper totum corpus. *Alb. Mag. de anim. lib. 25. c. 1.*

Venenum aliquando iuuatur ad operandum complexione ſumẽtis: aliquando impeditur. Iuuatur quum quod ſumit venenum calidum calidæ complexionis: contra ſi frigidæ: ea propter napellus homini eſt venenum, cibus turdo, & paſſeri. *Idem ibid.*

Venenorum ſignu ſunt ſi ſentitur inordinatio & corroſio puncturæ, & inciſio, ſcitur eſſe venenum calidum & acutum: ſi accidat inflammatio vehemens, & exuberatio ſudoris, & rubedo oculorum, & anguſtia, & ſitis, ſignificat eſſe venenum calidum valde: ſi profunditas ſomni, ſtupor, & frigus, & ſyncopæ, ſignificat eſſe de venenis, quæ à tota ſubſtantia operantur, & hæc ſunt omnib. aliis deteriora. *Alb. Magn. de anim. lib. 25. c. 1.*

Venenum viperarum non eſt frigidum, quia frigeſcant venenati, ſed ideo frigeſcunt, non quod ſit frigidum venenum, ſed quia cõtrarietas, quam habet venenum ad calorem naturalem, mortificat eum. *Idem ibid.*

Veneficia in humano genere de quibus nunc traditur, duplicia ſunt, aliud quod corpore, corpora ſecundum naturam deprauat, alterum quod præſtigiis quibuſdam & incantationibus, & deligationibus perſuadet aliis qui ipſi lædere audent, quod hoc poſſit, aliis quod læduntur ab his præ omnibus qui præſtigiis exercere poſſunt. *Plat. de legib. dial.* 11.

Veneficiis qui vtitur ad detrimentum non lethale, neque ipſius neque hominum, ſed pecorum: aut examinum, ſiue lethale, ſiue aliud detrimentum: ſi medicus fuerit, & veneficiis condemnatus, morte plectatur: ſi idiota, iudicium iudicet quid perſoluere debet, ac ſi deligationibus, aut illecebris, aut quibuſdam incantationib. aut eiuſmodi, veneficiorum vſu ad lædendum paratus eſſe videtur, ſi vates eſt, aut prodigiorum interpres, occidatur: vt ſi abſq; diuinationis peritia quis veneficii condemnatus fuerit, idem etiam circa hunc fiat, nam & hoc iudicium faciat æſtimationem, quid ipſum pati, aut ſoluere oportet. *Plato de legib. dial.* 11.

Veneficium eſt ars quædam circa materiales dæmones & terreſtres, ſimulacra dæmonum prouocans in aſpectum, & alios velut ab inferis excitat, alios ex alto deducit. *Mich. Pſel. de dæm.*

De Veneno. Dial. CXVI.
Franciſc. Petrarch.
Dol.

Venenum timeo. R. Potu abſtine, ciboque promiſcuo, expertorum fides amicorum excubet, ſuſpectos limen arceat, vina turbida, fuſca oculent pulmenta, dapumque permixtio, cautio adſit, & ſobrietas, & tarditas. Præcipitatio autem abſit, quæ & aliis, & præſertim genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad menſam lenta manus, oculus celer, animus vigil, memorque diſcriminis, nec tuis tantum, ſed tuorum oculis, atque animis obnoxius inuigila. Magnis periculis magna obſtat intentio, nihil non turbat incautum. D. Venerari metuo. R. Operoſum remedium audiſti. Vis audire facillimum? Pauper eſto, veneni metum periculumque diſcuſſeris. Hoc ſiquidem mali genus humilior fortuna non recipit, vna ſecuritas parens & terrorum omnium extirpatrix, medicina alia quidem optima, atque promptiſſima, nullique hominum negata, multis etiam ingeſta nolentibus: neque vero efficax, minus quam parabilis, tuta hercle, quamuis amariuſcula atque horridula. Comprimit animi tumores, liuores diluit, bilem purgat, curat hydropiſin, veſtræ opes plenæ inſidiarum, plenæque formidinum non minus cyathos metuunt quam gladios, nec minus paropſides, quam ſagittas, non menſa, non domus, non cubiculum periculis ſuis vacat. Dubia quælibet, atque ſuſpecta, *præſentemq; viris intentant omnia mortem,* quod in tempeſtate ait Maro, in tranquillo vobis accidit, & hoc veſtræ illæ tam dilectæ vobis afferunt diuitiæ. Paupertas vero præter immerito apud vulgus infamati nominis notam tuta habet omnia. Et ſi quando turbæ inſciæ puluis ac ſtrepitus conquieſcat optabilia, ac ſuauia penitus & tranquilla. Tandem ergo fictilibus, & vitreis vaſculis terreni homines bibite atque edite, ſi ſecuri bibere vultis, atque edere, aureis vaſis, ac gemmatis venena miſcentur. Quorſum pergis auaritia? Ipſum quoque iam venenum gemmas amat, atque aurum. Contra hanc peſtem, neque Pontici regis, neque alterius efficacius antidotum, quam paupertas. D. Venenum hauſi, mors præcordiis innatat. R. Vbi ſemel moriendum eſſe decreueris, quod decretum eſſe debet omnibus, qui ſe meminerint mortales, quid refert an id ſitiendo facias an bibendo? Et rurſus an tuo ſanguine madidus an vino? Magnos cõpotatores fatique huius habes comites, Alexandrum, Hannibalem, Philopœmenem, Mithridatem, ipſum Claudium, Theramenem, Socratem.

¶ Adagia.

Manci pera.

Narrant locum fuiſſe vicinum Hymetto, cui nomen … πήρα, id eſt, Claudi mantica, in eo fuiſſe templum … vnde fœminæ ſteriles bibebant, & fiebant fœcundæ … eos, qui bulbis, aliisve medicamentis irritant libidinem … dam elleboro ſuccurrunt ingenio, & quibuſdam … memoria.

Vide tit. Malitia.

Venia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG…

VEnia, Græce συγγνώμη, ης, ἡ, dicitur. Et eſt debitæ … ſio. *ſecundum Senecam, lib. de clementia.* D… nia, quod optanti eueniat. Venia aliquando cap… tia. Eſt autem indulgere obſequi, & aliquid … Quare indulgentia eſt mollis, & delicata permiſſio. … *nimium indulges filio.* Hebr. *Chemlah,* & *Machmal,* mollis fuit animo, emollitus eſt erga aliquem, … mollitie animi, commotus eſt miſeratione. Co… bet cum verbo *Machal,* ignouit culpam, veniam … Hinc μαλάττω & μαλάσσω, item Lat. mollio, molli… citur etiam venia, Hebr. *Selichah, Pſalm.* 130. 4. à verbo … pitius fuit, pepercit.

¶ Patrum Sententiæ.

Debet Eccleſia Catholica correctis & firmatis … gnoſcere: cum ipſi Petro perſonam eius geſtanti, & … tubaſſet, & cum Deum carnaliter à paſſione reuoca… rem ſerui gladio præcidiſſet, & cum ipſum Dominum … ſet, & cum in ſimulationem poſtea ſuperſtitioſam l… deamus veniam eſſe conceſſam, cumque correctum … tum vſque ad dominicæ paſſionis gloriam peruenit. … *charit.*

Nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, … que, etſi longe minorem quam debeat, ſoluerit pœnam. … *cler. l.* 10.

Audiſtis formam, ſi ſeptuagies ſepties Chriſtus pec… uit: ſi hucuſque ignouit, & vltra negauit: pone & tu … terius noli ignoſcere. *Aug. de verbis Domini.*

Dicit Dominus, dimitte, & dimittetur tibi. Si ergo … dimitte illis poſtea, nam ſi non dimiſeris, reuocabo … miſeram, replicabo tibi. *Ibid.*

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus … noſtris. Ne dicas in lingua, ignoſco, & corde … cum dicas. Vocem tuam audit homo, conſcientiam … inſpicit: Melius eſt enim, dum non clamas ore, … corde, quam blandus ore, crudelis in corde. *De … ſerm.* 15.

Negligens inimicitias finire obliuiſcitur, … vult concedere, ſed dedignatus, his tribus inimicos … ſed animas, in quibus non moriuntur occidunt. … negligentiam memoria, contra pertinaciam … tra ſuperbiam, verecundia ſubmiſſa prudentia … *de* 40.

In hac petitione ſi mentitur, totius orationis … ctus, pecuniam aliquando repetere conceditur, … torum petenti veniam, nunquam iuſte negatur. … *thæum* 6.

Beneficium ſe putabat accepiſſe anguſtæ memoriæ … ſius, cum rogaretur ignoſcere & tunc propter … fuiſſet commotio maior iracundiæ, & optabat … mebatur in aliis, vt iraſceretur, hoc erat remedium … cum haberet ſupra omnes poteſtatem, quaſi parens … lebat, quam quaſi iudex punire, æquitatis iudex, … ter, qui nunquam veniam confitenti negauit. *Am… Theo.*

Diſcas frequenter ignoſcere nec indignationem … eſt enim quo poſſit offendi, cui ignoſcendi eſt … *in Lucam.*

Tantæ pietatis eſt Dominus Ieſus, vt ipſi Iudæ … Chriſti expectaſſet miſericordiam. *ibid.*

Pulcherrimum affectandæ conuerſionis exemplum … to latroni venia relaxatur, & vberior gratia quam … enim plus tribuit quam rogatur. *in Matth.*

Non vſque ſepties, ſed vſque ſeptuageſies ſepties: … dringentis, & nonaginta vicibus, vt toties peccanti … teret in die, quoties ipſe peccare non poſſet. *Hier. … lib.* 3.

Si peccauerit in nos frater noſter, & in qualibet … ſerit, dimittendi habemus poteſtatem, imo neceſſitatem … Dominus præcepit, vt debitoribus noſtris debita …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN